Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum

Weitz, Johann

Noribergae, 1623

Ad praefation

urn:nbn:de:bsz:31-131303

Visual Library

ſtola liquidò apparet, item ex Madaurenſis philoſ. lib. 6. Metam. Tunc Jupiter *(ita ille!)* perpreſsâ Cupidinis bucculâ, manuq; ad os ſuum relatâ, conſaviat, atque ſic ad illum: Licet tu, inquit, Domine fili, nunquam mihi conceſſu Deûm decretum ſervaris honorem, &c.

NOTÆ
AD SALVIANI MASſilienſis Libros,
Contra Avaritiam.
AD PRÆFATION.
Pag. 6.

Heredes ſtrictè, pro ſuis.

MAximas opes heredibus, interdum etiam extraneis derelinquat.) *Strictè utitur hic vocabulo* Heredes *proq; iis duntaxat ponit, qui non aliunde acciti, ſed domi ſint nati, cum alioqui conſtet, etiam extraneos heredes rectè appellari. Magis expreſsè Plinius ſecundus in Panegyr. Trajano dicto heredes domeſticos extraneis opponit, & illos ait bona nunquam ut aliena & ſperanda, ſed ut ſua ſemperq; poſſeſſa, ac deinceps proximo cuiq; tranſmittenda capere.*

Communis culpa non uni adſcribenda.

Pag. 7. Superfluè uni aut paucis ſcribitur, ubi eſt cauſa cunctorum.) *Similia ferè verba, quamvis à re diverſa apud Propert. l. 2. Eleg. 30.*

Quod

Quod ſi nemo extat, qui vicerit alitis arma;
Communis culpæ cur reus unus agor?

Aura laudis hominis. *P.8.* Humanæ laudis aurulam.) *Boeth.lib.2. de conſolat.*

Mortalis aura nominis.

Ad Librum I.

Prodigere. *Pagin. 15.* Prodigunt quæ ſunt ſua.) *Infra lib.3.pag.96.* prodigè comedere. *Modeſtinus:* Plebiſcito continetur, ut ne quis præſidium, munus, domum, caperet: niſi eſculentum, potulentumve, quod intra diei proximis prodigatur.

Avarus heredis gaudiũ Heredibus breve gaudium.) *Phœdrus:*

---- Avare, gaudium heredis tui,
Qui ture ſuperos, ipſum te ftaudas cibo.

Animæ terrenis ponderib. oppreſſa *Pag.16.* Animas proprias, quæ vocantur ad cœlum, terrenis ponderibus in terram premunt.) *Sic & Boethius libro primo de conſolat.*

Nunc jacet effœto lumine mentis
Et preſſus gravibus colla catenis
Declivemq; gerens pondere vultum
Cogitur, heu, ſtolidam cernere terram.

P. 20. Bona parentum non niſi mortuis eis poſſident.) *Rationem ſuggerunt nobis Juriſconſulti, qui dicunt,* poſſeſſionem eſſe jus habendi rem corporalem, eo animo, ut ſibi eam habeat. *Cujus juris liberi noſtri quos adhuc in*

pote-